



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum Deus potuerit facere aliquid melius beata Virgine  
vel Christi humanitate & vtrum modo possit quicquid vnquam potuit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio. XLV.

vnum loquendo formaliter de ipsa proportione non de proportionaris, & aquae bona est proportio duorum hominum ad unum, sicut decem ad quinque; sed non video quod bonitas ordinis partis vniuersitatis confusat in tali proportione, aut eam requirat, nisi per fortē progressus specierum, quantum ad formas specificas est aliquo modo sicut progressus numerorum, & haec meliorari non potest, ut dictum fuit, sed in ceteris perfectionibus accidentalibus non est facile assignare aliquā proportionē mathematicam, neque duplam, neque sequaliter, aut quamcumque aliam; & si in aliquibus sic accidit, consilium ergo bonitas ordinis partium vniuersitatis in proportione naturali secundum quam vnum natum est agere & aliud pati: vnum conferuare & aliud conferuari, & sic de ceteris: & haec propositio recipit magis & minus, & potest meliorari et deteriorari cum non confusat in indubitate.

*Nun. 4.* 17 Ad primum argumentum patet responsio ex praesdictis.

18 Ad secundum dicendum quod bonitas eorum que sunt ad finem penfatur non solum ex fine, quia bonus, sed ex efficacia asequenti fine; & licet finis extrinsecus vniuersitatis non posset meliorari, rectamen creare possunt ipsi sum efficiatis aequi, ut declaratum fuit, & quo ad hoc possent meliorari, & in ipsis vniuersum.

**QVÆSTIO QVARTA.**  
Vtrum deus potuerit facere aliquid melius beata virginie: & vtrum Deus potuerit facere aliquid melius humanitate Christi: & vtrum deus modo possit quicquid vnguam potuit.

*Thom. ibidem ad quartum.*

**C O N S V E V I T** autem quæri, vtrum Deus potuerit facere aliquid melius beata virginie: & vtrum Deus potuerit facere aliquid melius humanitate Christi: & vtrum modo possit quicquid vnguam potuit.

Quantum ad primum dicendum quod Deus potuerit facere & fecit aliquid melius beata virginie, & quantum ad gradum naturæ, ut angelum, & quantum ad dona gratiae, ut humanitatem Christi: non potuerit tamen facere quod ipsa vel alia esset mater melioris filii quo ad suppositum, quia de natura statim dicitur.

2 Quantum ad secundum dicendum quod Deus potuerit facere, & fecit aliquid melius humanitatem Christi quantum ad gradum naturæ (scilicet angelum) & quantum ad dona gratiae gratis dare, ipsammet meliorauit in resurrectione Christi quantum ad corpus, & quantum ad animam secundum inferiores vires, sed nec ipsam, nec aliam naturam potuit vnius meliori supposito, propter quod gratia vniuersitatis illius humanitatis fuit tanta quod maior ea esse non potest.

3 Quantum ad tertium, scilicet vtrum Deus nunc possit quicquid olim potuit, dicendum quod ad hoc quod agens posuit aliquid facere requiruntur duo. Vnus ex parte agentis, scilicet quod habeat potentiam actiua, & aliud ex parte effectus, scilicet quod subiicit potentiam passiuam positivam, si sit agens requirens materiam vel potentiam non inclaudens repugnantiam ad esse, si agens non requirat materiam, ut est Deus.

4 Ad propositum ergo dicendum quod hoc quod Deus non possit nunc facere quod olim potuit, non potest esse ex defectu potentie ex parte agentis, quia eadem potentia & aquæ perfecta quia ab aeterno fuit in Deo adhuc est & semper erit in eo, nec ex defectu potentie passiuam possit, quia Deus non necessario talem requirit, si ergo Deus non possit nunc quicquid olim potuit, hoc est solum, quia illud quod olim habuit rationem possibilis non implicat contradictionem, vel repugnatiam ad esse, nunc habet rationem possibilis, quia talem repugnatiam vel contradictionem implicat, sicut me non legere modo dum lego implicat contradictionem, & ideo non potest fieri a Deo: prius tamen, antequam legerem potuit Deus facere quod modo non legerem, quia hoc non implicabat contradictionem, potentia tamen eadem manet in Deo, manente, vel mutato possibili, & sic Deus potuit olim aliqua facere, que modo non potest, non propter amissio nem aliquis potentia, sed propter mutationem possibilis ad impossibile.

## Quæstio I.

Sententia, X L V. distinctionis in genere  
rali & speciali.

**I** Am de voluntate Dei. Superiorius determinauit Magister de scientia & potentia dei, hic determinat de voluntate. Et dividitur in partes tres. Primo enim determinat de voluntate diuina. Secundo de eius impletione. Tertio de conformitate voluntatis nostræ ad ipsum. Secunda incipit in principio 16. dict. ibi, Hic oritur quæstio. Tertia in principio 48. ibi, Scindendum quoque. Prima pars est principialis lectionis. Et dividitur in partes tres. Primo determinat de voluntate dei in se. Secundo de voluntate causalityte creaturarum. Tertio comparat multitudinem voluntatis quârum ad acceptiōem nominis. Secunda ibi, Hoc itaque summum. Tertia ibi, Hoc non est prætermittendum. Haec est sententia lectionis in generali.

2 IN speciali vero sic procedit, & proponit primo quod voluntas Dei idem est quod diuina essentia differens ab ipsa solum ratione sicut & scientia, propter quam diueritatem attribuuntur voluntari dei quæ non attribuiuntur scientia dei. Postea dicit quod voluntatis dei causa non est querenda, quia sic ipsa non esset causa prima & haberet aliquid maius se, est enim causa vniuersalis omnium que sunt, non solum secundum cursum naturæ, sed super naturæ. Postea dicit quod voluntas dei multipliciter nominatur, & aliquando accipitur propriè secundum quod ipsa est diuina essentia, aliquando vero pro precepto, prohibitione, & consilio, permissione, & operatione voluntatis diuina, quæ omnia dicunt voluntas dei, quia sunt signa voluntatis, non tamen illa sunt signa quod deus omnia illa velit fieri, & subdit quod prima voluntas dicitur voluntas simpliciter, alia voluntates dicitur voluntates signi, & differunt in hoc quod voluntas beneplaciti est æterna, resiliue vero sunt temporales. Item voluntas beneplaciti semper impletur, reliqua vero non. Et in hoc terminatus sententia lectionis in speciali.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Deus velit alia à se.

*Thom. i. q. 19. ar. 2.*

**C** irca distinctionem istam primo queritur, vtrum deus velit alia à se. Et videtur quod non, quia cuicunque volenti sufficit aliquid voluntum, tale nihil vult præter illud, sed Deo sufficit sua bonitas. (Alioquin fuisse indicans ante mundi creationem,) ergo Deus nihil vult aliud à se.

2 Item ois actus voluntatis est desideriū, vel delectatio, sed nullum istorum potest habere Deus respectu creaturæ, ergo &c. Major patet, quia desideriū est rei non habite, delectatio autem rei habite, oportet autem rem voluntate habere, tam vel non habite, quare respectu cuius necessariū est actu voluntatis esse desideriū, vel delectatione. Minor probatur, quia desideriū rei non habite prænō habet quod non potest esse in deo: delectatio autem rei de novo habita noua est, quæ etiam non potest esse in deo, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM est quod dicitur Sap. 10. Diligis omnia que sunt, & nihil odisti eorum que fecisti: diligete autem est actus voluntatis, ergo Deus vult alia à se, ea scilicet que fecit.

4 RESPONSIQ. Quæstio ista vnum supponit (I. q. 1 in Deo sit voluntas) & aliud querit, scilicet vtrum deus velit se solum, an & alia à se.

5 Quantum ad primū patet faciliter voluntatem esse in Deo. Primo, quia illud quod pertinet ad perfectionem & integratem naturæ intellectualis est Deo attribuendum, sed voluntas pertinet ad perfectionem & integratatem naturæ intellectualis, ergo &c. Minor probatur, quia sicut ad perfectionem & integratatem naturæ non cognoscens pertinet appetitus, qui dicitur naturalis. & ad perfectionem naturæ sensituum pertinet appetitus sensitivus, sic ad perfectionem naturæ intellectualis pertinet appetitus intellectualis, qui dicitur voluntas. Secundo, quia felicitas perfecta non est sine delectatione (vt habetur ex i. & 4. Ethic.) sed omnes confitentur Deum esse felicissimum, ergo in deo est delectatio, sed hec in ipso est actus voluntatis cum in eo esse non possit actus appetitus sensitivus, ergo &c.

P. 3 Quan